

DISSERTATIO JURIDICA

DE

# JURE APPELLATIONUM,

*Quam*

A. D. T. O. M.

*Nobilissimo & Amplissimo Jctorum Ordine in Illustri ac-  
Electoralis Wittebergens. Academia consentiente*

PRÆSIDE

*Viro Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo  
nec non Excellentissimo*

## DN. AUGUSTINO STRAU-

CHIO, J. U. D. Professore Publ. celeberrimo, Serenis-  
simi Electoris Saxoniae ut & Illustrissimae Viduae Anhalt-  
inae consiliario, Facultatis Juridicae Ordinario, Curiae  
Electoralis, Scabinatus, Consistorii Ecclesiastici, ac in infe-  
riore Lusatia judicii Provincialis Assessore gravissi-  
mo, Patrono ac Praeceptore suo omni vene-  
rationis ac observantiae cultu pro-  
sequendo.

*Publicae ventilationi exponit*

### JACOBUS ANDREAS CRUSIUS, Hannover Sax.

*Auth. & Resp.*

**Diss. jur. civ.** In Auditorio Juris Consultorum

*Ad Diem Octobris.*

WITTEBERGÆ,

Typis JOBI WILHELMI FINCELII ANNO M DC LIV.

ig.

49, 26

1. 73.



SERENISSIMORUM AC CELSISSIMORUM  
PRINCIPVM ET DOMINORVM,

DN. AUGUSTI,

DN. CHRISTIANI LUDOVICI

ET

DN. GEORGII WILHELMI

DUCUM BRUNSVICENSIVM AC LUNE-

BURGENSIVM RESPECTIVE AGNA-

TORVM ET FRATRVM GER-

MANORVM.

S. S. S. S. S. S.

*Magnificentissimis, Nobilissimis, Amplissimis, & Ex-*  
*cellentissimis Viris DOMINIS Cancellariis*  
*& Consiliariis intimis.*

DN. JOHANNI Schwarzkopff / JCto eximio &  
Cancellario Guelphico, Ducatus Brunsvicensis.

DN. HENRICO LANGEBECCIO JCto excellen-  
tissimo Cancellario Cellenfi, Ducatus  
Luneburgensis.

DN. JUSTO KIPIO JCto celeberrimo & Can-  
cellario Hannoverano Ducatus Ca-  
lenbergensis.

DOMINIS affinitate & propensione singulari mihi  
conjunctis, Patronis ac Promotoribus omni ve-  
nerationis ac observantiae studio colendis

*Hanc meam disputationem offero,*  
*consecro & dedico*

Auth. & Resp.





## DISSERTATIO JURIDICA.

# De Jure Appellationum.

### POSITIO I.

**A**ppellandi jus origine antiquissimum & communi gentium usu approbatum remedium, corrigendarum iniquè latarum sententiarum tam ipsum DEUM Opt. Max. quam Naturalia Jura autores agnoscere extra omnem controversiam positum est. Ipsa S. S. Scriptura appellationis speciem, plurimis in locis proponit. Si ab antiquiori Moyse initium nobis sumendum esset Exod. cap. 18. commat. XXI. XXII. & sequentibus quædam provocationis figura colligitur, ibi enim Moyses constituit ex consilio soceri sui, judices, qui deciderent causas, & controversias leviores, majores verò ad se referrent, ubi non dubitandum, inquit, Bachovius, quin permissum fuerit populo, si se injuria à judicibus illis affectum putaret Moysen interpellare Inprimis verò huc facit locus Deut. cap. 1. commat XIII. XIV. XV. XVI. XVII. ubi Moyses dicit se constituisse Principes populi tribunos, & conturiones, & quinquagenarios & decanos, qui judicarent plebem omni tempore; addit tamen. Quod si difficile vobis aliquid visum fuerit, referte ad me, & ego audiam, τὸ ῥῆμα ὃ ἐάν σκληρὸν ἢ ἀφ' ὑμῶν ἀνοίσετε αὐτὸ ἐπ' ἐμέ. uti vertunt Septuagiuta interpretes. Huic loco si salium Deut. capit. 17. Commat. 8. addimus, Provocationis origo apparet, locus ille talis est. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse pro spexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium inter portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum, quem elegerit



elegerit DEUS tuus &c. Ex locis adductis apparet vera provocacionis origo, nec non appellationem fuisse à DEO institutam nti hoc asserit Ruginellus *in præfat. tract. de appellat.* Sanè à judicio Regum, ac majorū magistratuū, à quibus alias lege humana provocare prohibitum, appellatum invenimus ad tribunal DEI, Regis Regum, Domini Dominantium. Quamvis non pauci statuunt, quod hæc provocatio ad Vallem Josaphat, uti loquuntur, in republica non sit toleranda; quin imo provocantes pœna extraordinaria sint coercendi, qua de re Menoch. 2. *de arbit. judicium 4. Cap. 388. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 83. n. 7.* ubi refert, quod ad pœnam fustigationis damnati fuerint, non de sunt tamen, qui ejusmodi appellationes omninò approbant & collaudant, in quorum numero ante alios est Theod. Beza *Cap. 23. a Et. Apost.* ubi tradit licere Christianis de injuriis conqueri, impiosq; ad DEI tribunal citare, modo fiat id sine rancore & depravato animi affectu. Vide *Alphons. Toftat. Abulens. in Mattb. Tom. 3. Cardan. de rer. varietat. lib. 15. cap. 37.* Quicquid sit, sanè experientia passim contestatur, quod hujusmodi citationes ad tribunal DEI nō rarò insignes præ sese tulerint, & repentinas vicissitudines, exempla quæ observavimus passim apud scriptores, hic referre non est nostri instituti. Videantur satis luctuosa passim apud *Baleum invit. Pontific. pag. 302. Crantzius in Wandal. lib. II. Morn. in hister. Pap. pag. 2202. Wolffium, quo nemo magis in adversariorum scriptis legendis versa tus fuit, in erudito opere lect. memor. 1. Cent. 12. pag. 357. & 332.* nec non diligenter ejusmodi exempla collecta apud parentem meum dilectissimarum in tract. noviss. de passione & resurrectione JESU CHRISTI, filii DEI cap. I. sect. I. pag. 31. Natura prætereà ipsa, quæ lex DEI est, ejusq; digito mentibus hominum inscripta dum defensionem permittit ac svadet, & ipsam appellationem quæ species est defensionis quodammodo recepisse, ac approbasse videtur.

#### POSITIO II.

Vidimus de origine Appellationis, dispiciendum ordine, quam frequens & necessarius apud gentes ejus usus fuerit.

Apud



Apud, Judæos appellationem in usu fuisse testantur Thalmu-  
distæ, qui rem in judicio ita actam referunt, ut qui jus posce-  
rent primum iudices suæ civitatis adirent; quibus non au-  
dientibus ad propinquos accederent, hisq; nedum audienti-  
bus ad iudices Hierosolymitanos qui in duabus portis sede-  
bant, se conferrent, quod si ne ita quidem voti sui compotes  
facti fuissent, ad Concilium summum, quod Sanhedrin ap-  
pellabant confugerent. Vide Carolum Sigoninum *de Republ.  
Hebr. lib. 6. cap. 5.* Hinc Apostolus Paulus *Actor. 25. commat.  
10.* ad Cæsarem tanquam dominum & magistratum suum  
provocat, dicens *καίσαρα Ἰπικαλῶμαι* id est Cæsarem appel-  
lo, ut Beza vertit. Apud Græcos appellationis usum fuisse te-  
stis est *Aristoteles 2. Politic. cap. 6.* dum scribit Hipodamum  
Euriphontis filium elegisse certum tribunal ex senibus qui-  
busdam, ad quod malè iudicata devolverentur, deinde  
etiam duæ leges inveniuntur in Legibus duodecim Tabula-  
rum, quæ de ipsa provocatione loquuntur, quarum mentio-  
nem facit *Cicero 3. de Leg.* jam verò eas leges à Græcis Romanos  
habuisse idè *Cicero* affirmat *4. Tuscul. in princip.* quare omni-  
no apud ipsos appellatio in usu fuit *Gregor. in tractat. de ap-  
pell. lib. 1. c. 5.* docet usum appellationis fuisse apud Athenien-  
ses & Macedones. Ut taceã jam de cæteris gentibus, Romani,  
quos primum post hominum memoriam ortu & occasu fines  
regiminis sui terminasse scribit *Halicarnass. lib. 1. in pr. Besold.  
de jurisdict. imper. Rom. c. 2.* à primo imperii ortu appellatio-  
nem agnoverunt, nam Romulus primus Romanorum Rex, si  
Dionysio credamus alia iudicavit, alia aliorum iudicio per-  
misit, & ideo credere possumus eum cognovisse de rebus  
aliorum iudicio commissis ex his quæ *Cicero 4. Tuscul. in prin-  
cip.* deducit his verbis. Nam cum à primo urbis ortu Regiis  
instituti, partim etiam legibus, auspicia, ceremoniæ comi-  
tia, provocationes & alia divinitus essent constituta &c. Cæ-  
terum hoc confirmat historia Horatii de quo *Valer. Max. lib.  
8. cap. 1.* in principi Horatius, inquit, interfectæ sororis crimi-  
ne à Tullo rege damnatus ad populum provocato iudicio ab-  
solutus est. Idem de eodem Horatio testantur *Dionys. Haly-  
carnass.*



*caenass. lib. 3. Livius lib. 1.* Postea exactis regibus magis magisq; Appellationis usus in valuit, hinc tot leges de provocatione latae, quæ omnia hic prosequi non mei jam est instituti, sed ea in aliud tempus reservata sunt. Sufficiat nobis testimonium nobilissimi J. Cti Ulpiani. Appellandi inquit usus, quam sit frequens quamq; necessarius, nemo est, qui nesciat, subjicit rationem, quod appellatio iniquitatem judicantium vel imperitiam recorroigat *L. I. D. de appellat.* Scilicet nihil convenit magis imperatoriæ majestati, quam prospicere sedulo ut justitia cuiq; administratur, maleq; judicata vires non accipiant. Benè sapientiæ filius Arist. V. Politic. cap. X. βέλεται ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως, οἱ μὲν κεκλημένοι τὰς οὐσίας, μηθὲν ἀδίκον πάσχωσιν. ὁ δὲ δῆμος, μὴ ὑβρίζηται μηθὲν: Rex debet & vult esse custos, ut nec opulenti injustum aliquid patiantur, nec plebs contumeliam accipiat Benè & Musarum filius Hesiod. in Theog.

Τὲνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, ἔνεκα λαοῖς  
βλαπτομένοις ἀγορήφι μετὰ τροπῆ ἔργα τελεῦσι.

Hac unâ reges olim, sunt sine creati:

Dicere jus populis, injustaq; tollere facta.

### POSITIO III.

Quam salubrè autem remedium est appellationis, eò magis periculosum, quod neq; veteribus ignotum. Cicero pro domo sua dicit, Regum appellationes venales fuisse, idq; confirmat Tacitus *14. Historiar.* Dicitq; *Livius lib. 3.* Si quis collegam appellasset, ab eo ad quem venerat, ita discedebat, ut pæniteret prioris decreto non stetisse. Hinc Ulpianus Ictus in d. *L. I. D. de appellat.* appellationem nonnunquam benè latas sententias in peius reformare dicit. Hodiè quomodo hoc salutari remedio homines ad dilatandas, & infinitum deducendas benè latas sententias abutantur, res ipsa loquitur, ac experientia heu satis abundè testatur, hancq; artem rabulæ forenses si modo lucri turpis spes fulgeat probè callent, ita ut non immeritò Ludovicum 12. regem Galliaë dixisse ferunt. Quod mali advocati impudenter futoris artificium sibi vendicent, nam quod futoris est proprium dentibus alutam

tam



tam producere, hoc perfidorum patronorum & advocatorū in dilatandis prudentium responsis referente *Arnold. Ferr. de reb. gestis Lud. 12. pag. 76.* Nec solam Galliam, quam regnum vocat rabularium *Herm Later. de cens. l. 2. cap. 7. n. 65.* testaturq; *Philippus Cominaeus de rebus gestis à Ludovico XI. & Carolo VIII. Francorum regibus Comment. 9. pag. mihi 641.* fraudes & expilationes Advocatorum majores esse in Galliis, quam in quavis alia regione, hoc malum infecit, sed & nostrates, uti omnia, ita quoq; litigia, horumq; protractionem protervam ac petulantem à Gallis hauserunt, & sic orta lite, orta sunt mala, idq; ipsum etiam summum Imperii tribunal Spirense invasit, ita ut hodie nonnulli impudenter evomere audeant. Spiræ lites spirare, nunquam exspirare, litigantes diu sperare, nunquam ad spirare, ut loquitur *Ventur: de Valent. in Parthen. litigios. lib. 1. c. 1. n. 22.* Ruginello in præf. tract. de appellat. pag. 13. inter alia ex Alberico & Speculatore refert in quada causa durasse appellationis instantiam per 34. annos ante litis contestationem. Non sine ratione igitur nobilissimus nostri seculi Ictus *Carpzovius Jurispr. Forens. Part. 1. Const. 1. definit. 1. n. 4.* largâ lachrimarum effusione deplorandum esse, ait quod lites ad Cameram appellabiles fiant immortales; nec patris, filij, imo nepotis termino terminentur, testem adducit *Herman. Vult. vol 1. Consil. Marpurgic. 17. n. 6.* scribentem à die mortis ipsius, de cujus hæreditate in Camera agebatur usq; ad litis contestationem elapsos esse annos ferè 8. Vide de dilatione causarum ad Cameram appellabilium gravissimam pii cujusdam Icti querimoniam apud *Webner. Practic. observat. lit. I. in voce Justiciwesen pag. 350.* Litium autem hæc immortalitas partim litigantibus ipsis, partim Procuratoribus & advocatis, partim paucitati Assessorum, partim causarum ac processuum multitudini attribuenda videtur. Hoc ergò juris argumentum, quod est de Appellationibus, cum sit elegantissimum, & in foro frequentissimum placuit de hac materia Theses nonnullas, veritatis & exercitii gratiâ publicæ eruditorum censuræ subicere. Antequam autem materiam hanc nobilissimam aggredior, merito me ad invocatio-

catio-



cationem Numinis divini, sine cuius ope sterilis est omnis mortalium conatus, dicente enim magno *Scaligero Exerc. 359*. Nostra hæc in studiis peregrinatio sine superna luce miserabilis quædam erratio est, converto, ipsius opem & auxilium implorans. Tu igitur mihi dux magne DEUS; & manum hanc mentemq; dirige, ut salutaria videam, dijudicem, promam.

#### POSITIO IV.

Hiscæ præmissis, levato jam, quod ajunt, velo ipsius tractationis penetralia ingredior. Cum autem *Epieteto teste ἀρχὴ τῆς παιδείσεως ἢ τῶν ὀνόματων σκέψις* esse debeat, neglectusq; vocabulorum rerum pariat incertitudinem, prout multis deducunt *Rutg. Ruland. de Comiss. lib. 1. c. 2. Parthenius Litigiosus lib. 1. cap. 4. War. de Erenberg. lib. 1. de Fæder. c. 3. n. 2.* primum vocabulum appellationis sese offert, quod multiplicem sensum capit, Propriè enim sumitur (1) pro nominare, ita *Cicero quodam in loco*. Scipio, qui primus Africanus appellatus est (2) pro alloqui & verba cum aliquo facere, *Cicero pro Cluentio*: Appellat hilari vultu hominem Baibus, ut blandissime potest (3) pro quæmpiam auxilii causa implorare ut *Cicero alibi Vos, vos appello fortissimi viri* (4) dicitur inferior superiorem appellare, quum ad eum ut alloquatur accedit per *L. I. §. 3. D. ex quib. caus. major.* (5) sumitur pro interpellare per *L. fidejussor §. fin. ibi*, ut eum appellatus reus non solvisset *D. de fidejussor.* (6) ponitur pro alterius pudicitiam attentare *L. idem apud Labeonem 15. §. Appellare 20. D. de injuriis* & in hac significatione etiam accipit *Val. Max. lib. 6. cap. 1.* (7) pro iudicio convenire. *L. 29. D. de judiciis*, ubi, *Qui appellat prior agit*. Nobis hic appellare dicuntur ii, qui ab inferioris iudicis sententia, tanquam injusta, ad superiorem provocant, obtinendi juris sui gratia, ut ait. *Wesemb. in Parat. D. de appellat. n. 3.*

#### POSITIO V.

Exposita genuina vocis Appellatinis acceptione sequitur ipsa definitio. Circa quam tradendam non conveniunt omnino *Dd. Hermogenianus in L. præfecti 17. D. de minor. definit*



fuit appellationem per iniquitatis sententiæ querelam Marcellinus in *L. servi 15. D. hic de appellat. per auxilium*. Papi-  
 nianus in *l. 3. §. falsus procurator ult. D. ratam rem haberi* com-  
 mune auxilium appellationem vocat. Verum hæc potius  
 sunt attributa quædam appellationis, quam certa definitio;  
 Nos ex sententia Dd. ita eam definimus, seu potius describi-  
 mus. Appellatio est à iudice inferiori ad superiorem à senten-  
 tiâ lata gradatim facta provocatio, sententiæ latæ iniquita-  
 tem arguens. *Vide Wesenbec. in Parat. D. de Appellat. n. 3. Treut-*  
*lerum vol. 2. Diss. Diss. ult. th. 1. Vulteiium Jurispr. Rom. lib. 2.*  
*cap. 33. p. m. 661. Melchior. in tr. de appell. cap. 1. n. 6. Ruginell. in*  
*Tit. de Appellat. pag. 15.* Posuimus in hac definitione appella-  
 tionis provocationis vocem loco generis juxta communem  
 Dd. sententiam. Cum hæc provocationis vox latius pateat,  
 quam vox appellationis, quoniam omne id beneficium si-  
 gnificat, per quod iudicis auxilium imploratur. *Treutlerus*  
*vol. 2. Diss. ult. th. 1. lit. b.* quamvis interdum alterum pro al-  
 tero sumatur ut apparet ex *L. 40. §. 1. D. de Pact: L. 27. D. de*  
*rejudicata*. Verba illa à iudice inferiore ad superiorem diffe-  
 rentiam specificam appellationis à supplicatione, quæ ad  
 eundem iudicem melius informandum fit, exhibent. Vocem  
 gradatim ideò posuimus, quia omisso medio iudice ad supe-  
 riorem appellare non licet *L. Imperatores 21. D. de appellat.*  
*Vide Gail. Pract. Observat. lib. 1. Observat. 119.* qua de re infra  
 plurimis. Cætera definitionis verba in subsequenti-  
 bus expli-  
 canda erunt.

#### POSITIO. VI.

Cum divisio mentem legentis incitet & memoriam con-  
 firmet, ut locuti sunt veteres, ac sine distinctione vocis velle  
 ad rei considerationem venire, sit tempus perdere, dicente  
 Galeno lib. 7. de methodo, rectè, exposita definitione, distri-  
 butionem appellationis subjicimus. Circa quam ponendam  
 non omninò convenit inter Dd. Baldus (cujus in causis de-  
 cidendis, finiendisq; controversiis maximam esse autorita-  
 tem ex Castrensi refert *Cravetta consil. 166.*) quadruplicem fa-  
 cit divisionem, ante judicalem, intrajudicalem, judicalem,  
 B & post



& post judicialem. Bartolus (cujus dicta in Hispania pro legibus observantur, si credimus Carocio in tr. de comm. opin. lib. 7. tit. 5. n. 73.) tres ponit appellationum species, interjudicialem, judicialem, & extrajudicialem. Nos eam usu ac foro receptam, nec non communi Dd. sententia confirmatam divisionem agnoscimus, scilicet, quod appellatio alia sit judicialis, extrajudicialis alia. Judicialem vocamus illamquæ à sententia & interlocutionibus. Hanc verò quæ ab decretis & actibus extrajudicialibus, interponitur. Vide Treutlerum vol. 2. Diss. Diss. ult. thesi 1. lit. K. Wesenbec. in Paral. D. de appellat. n. 5. Gail. Pract. observat. lib. 1. obs. 120. num. 6.

#### POSITIO VII.

Appellationis beneficium competit omnibus, qui per sententiam se gravatos putant L. I. D. & L. 30. C. de appellat. & quorum interest. Vide Geilium Practic. obs. lib. 1. observat. 122. L. 5. §. item si emptor 3. D. de appellat. & L. 10. §. 4. D. eod. ita & ratione pietatis & conjunctionis conjunctus pro conjuncto L. 3. §. sed et si forte D. judic. salv. & Pater pro filio appellare potest L. I. D. de appellat. recip. L. 2. §. pen. D. Quand. appell. sit L. feminas D. de Procur. imo etiam alieno nomine appellare licet, ut Tutoribus nomine pupillorum L. I. §. 13. D. Quand. appell. L. 2. si tut. vel curat. Procuratoribus L. invitus 17. C. de procur. L. procuratorem 8. §. quod & actorem 8. D. mandati L. 18. D. de appellat. L. si procurator. 2. D. an per alium cause appell. L. dominus 9. L. seq. C. de appellat. Negotiorum gestoribus L. I. pr. de appellat recip. L. 11. §. fin. de neg. gest. L. 24. hic. Dominis pro servis L. 15. & 18. D. de appell. Magistratui pro subditis, præsertim, quando de suo præjudicio vel favore principaliter agitur per text. in L. sæpè 63. D. de re jud. Gail. Practic. Obs. lib. 1. 126. per tot. imo quamvis non principaliter ipsius, tamen in consequentiam & aliquo modo interfit: puta si quis à subditis illius collectas indebitè exigat, vel eos in culturâ agrorum turbet, vel ipsis ad contumeliam domini injuriam faciat dominus recte absq; mandato pro subditis agit, quia factum subditorum tangit dominum, & ipse Dominus turbari, spoliari & injuria affici videtur, text. in L. vim facit. D. de



*D. de vi & vi armat. Gail. pract. observat, lib. 1. Observat 125 per totum. Marito etiam licet, ut domino rerum dotalium. L. doce ancillam 9. C. de rei vindicat: L. 3. C. de jure dotium. L. pro oneribus C. de jure dotal. L. dotis fructus D. eodem pro uxore appellare L. 2. C. de procurat. mulier autem quamvis pro viro appellare non possit L. 4. C. de procur. §. 2. Inst. de injur. tamen pro liberando marito captivo admittitur. Vide Gail. lib. 1. obs. 133. n. 9.*

### POSITIO VIII

Appellationis beneficio non gaudent, neq; appellationes recipiuntur (1) in causa contumaciæ *L. 1. C. quor. appellat. L. properandum 13. §. cum autem C. de jud. L. 23. fin. D. de appellat. quoniam contumacia litis damno coercetur L. 1. §. 2. C. de assert. tolend. L. 53. D. de Rejudicata, & æquum est, ut necessario in contumacem vigor judiciarius excitetur, ut loquuntur sacratissimi Imp. Valentinianus, Valens & Grat. in L. 4. C. quor. appellat. non recip. quia omnis contumax præsumitur fovere malam causam *Alciat. de præsumpt. reg. 3. pr. 22. n. 9. (2) in causa fiscali. L. 4. & 8. C. quor. appellat. non reip. L. 18. C. de appellat. (3) quando renunciatum est appellationi L. fin. §. fin. C. de temp. appell. L. 1. §. 3. D. à quib. appellat. non lic. text. in Ordin. Cameræ p. 2. tit. 28. §. vñd dieneil (4) Confessus non appellat. L. 2. C. quor. appellat. non recip. Vide illustrem & multæ electionis virum Cardinalem Tuschum Pract. Conclus. juris Conclus. 417. (5) neq; appellant ii, quorum delictum est notorium *C. Romana §. si autem de app. in 6. vel etiam per legitima indicia probatum, quo casu indubitati juris est capi & incarcerari reum posse. Vide parentem meum mihi dilectissimum de indicijs delictorum part. 2. cap. 28. imprimis vero quando Reipublicæ interest reum statim puniri L. 16. D. de appellat. quales sunt latrones insignes, seditioconum concitatores, vel duces factionum d. L. 16. D. de appellat. qua de re mox pluribus agemus (6) appellationes non recipiuntur in criminalibus, quamvis videatur, magis necessariam esse appellationem, in criminalibus scilicet propter gravitatem causæ, & periculum***



capitale. Cæsare enim apud *Amm. Marcell. lib. 26. dicente. De*  
vita & Spiritu hominis laturum sententiam diu multumq;  
cunctari oportet, nec præcipiti studio, ubi irrevocabile fa-  
ctum est, agitari, unde *Juvenalis Sat. 6. Nulla unquam de*  
morte hominis cunctatio tarda est, & *Cassiodorus lib. 7. Ep. 1.*  
Cunctator esse debet, qui iudicat de salute: Hinc veteres nun-  
quam tardum existimarunt quod est ultimum. *Valer. Max.*  
*lib. 8. c. 1. A. Gell. noct. attic. lib. 12. c. 7.* alia enim sententia pot-  
est corrigi; de vita transactum non patitur immutari, ut lo-  
quitur *Cassiodorus d. loco* ea de causa Theodosi ut Imp. 30. dies  
à die latæ sententiæ constituit, intra quos sententia capitalis  
executioni non mandaretur *L. 20 C. de pænis, & in Ordinat.*  
*Crim. Carol. V. art. 1.* admonentur iudices, ut in causis crimi-  
nalibus consideratè procedant, siquidem de vita hominis a-  
geretur d. art. 1. ibi alsdann zu diesen grossen Sachen / welche  
des Menschen Ehr/Leib/Leben vnd Gut belangen / tapffer vnd  
wolbedachter Fleiß gehörig &c. Hinc de jure civili & cano-  
nico in causis criminalibus omnino appellatur uti apparet  
*ex L. 1. L. addictos 29. C. de appellat. L. 2. C. si pend. appellat. mors*  
*interv. L. 2. C. quor. appellat. non recip. L. si quis filio 6. §. hi au-*  
*tem omnes D. de injust. rupt. L. 13. §. ult. D. qui test. fac. poss. c. 2.*  
*q. 6.* Hisce non obstantibus, ut supra dictum, hodie non ad-  
mittuntur appellationes in criminalibus. *Geil. pract. Obs. lib. 1.*  
*obs. 1. n. 27. Mynsing. in observat. Camera Cent. 2. observat. 98.*  
*num. 4. Beust. in rubr. de jurejurando num. 97. Recess. Comitior.*  
*Augustanor. sub Anno 1530. §. Item als jetz eßliche Zeit Ordinat.*  
*Imper. Camer. Part. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch / ubi dici-*  
*tur ex consuetudine Germaniæ hoc obtinere, ibi: dem alten*  
*hergebrachten Gebrauch im Heil: Reich zu wieder. Consentit &*  
*jus Saxonicum Landt Recht lib. 1. art. 12.* Hujus rei rationes ali-  
quot adducit *Rutger. Ruland de Comiss. p. 1. lib. 7. cap. 3. n. 4.* Ra-  
tio nobis videtur illa esse, ut in criminalibus non recipiantur  
appellationes in Camera, ne scilicet propter processus diutur-  
nitatem rei in carceribus torqueantur, quod iniquum, *per Ord.*  
*Crimin. Carol. V. art. II. §. So der Kläger / vel processu pen-*  
*dente aut evadant, aut moriantur in custodia, adeoq; pænam*  
legis



legis ordinariam evitent. Recipiuntur quidem causæ criminales in Camera imperiali non titulo appellationis, sed per nullitatis querelam *Recess. Imper. August. de anno 1530. §.* Item als jeko & *Ordin. Camer. P. 2. tit. 28. §.* Item nach dem auch/ *vers.* doch da sich jemand an dem Cammergericht / *Vide Gail. lib. 1. pract. Observat. Obs. 1. n. 28. Sebastianum Nævium, in per celebri suo ac absolutissimo systemate juris ad L. 6. §. super his verò C. de appellat. & consultat. pag. mihi 340. & ad L. 6. §. quibus C. de Episcop. audient. pag. 24. ut & ad L. 6. D. de appellat. & relat. pag. 369. Treutl. vol. 2. Diss. ult. th. 3. lit. K. Mynsing. 4. obs. 41. & seqq.* Non tamen facile inhietur judici ordinario propter hanc querelam, nisi notoria sit nullitas, uti præjudiciis ostendit *Rutg. Ruland de Commissar. part. 1. lib. 2. c. 3. n. 2.* & testatur hoc expresse *all. Ord. Cam. d. p. 2. tit. 28. §.* Iem nach dem/ *vers.* vnd also nichtiglich &c. Cognoscitur autem de nullitate summarie, & de plano, per inspectionem actorum & absq; litis contestatione, ac sine ordine judiciario, ne ex executio delicti nequiter & malitiosè extrahatur, quod permittendum non est *text. in L. quoniam C. de appellat. & in L. cum reis C. de pen. ut & in L. si quis forte D. eod. tit. Gail. lib. 1. Pract. Observat. Observat. 1. Vulteijs jurispr. Pom. lib. 2. cap. 33.* ubi contendit non obstantibus hijs sese affirmare, si ab eodem appelletur ad eundem, nisi aliud peculiariter receptum doceatur, appellationem ejusmodi admittendam esse, quod hæc propriè appellatio non sit, & in eo principi vel statui, Imperij nihil omnino præjudicetur. Porro dicta Regula. Quod in criminalibus non recipiantur appellationes in Camera & alias patitur exceptiones, ut si agatur de crimine personæ Cameralis, quia tunc Camera cognoscit. *Ordin. Camer. p. 1. tit. 50. §. ult.* & si ordinarius negligat justitiam in criminalibus, tunc enim mandata sine clausula decernuntur contra magistratum, sub pæna aliquot marcarum auri, *Vide Nobilissimum Theodorum Reinkingk. de reg. sec. & eccles. lib. 2. class. 2. cap. 14. a. n. 31. usq; ad n. 38. pag. mihi 271.* (7) Non recipiuntur appellationes in Camera in matrimonialibus causis, quia in causis matrimonialibus, tanquam spiritualibus, Camera jurisdictione non est fundata. *Visitat.*



Abschiedt de anno 70. ac ideo quando in Camera, quæstio præjudicialis incidere solet ratione substantialium matrimonii, tunc causa cum omnibus incidentibus quæstionibus ad competentem judicem Ecclesiasticum remittitur per ea quæ tradit *Reinkingk de reg. sec. & eccl. lib. 3. Class. 1. cap. 10. num. 15.* ex capite tamen itidem nullitatis in causis matrimonialibus processus decretos ut puta Citationem, Compulsoriales, & inhibitiones refert *Auctor decis. verb. matrimonium Reinkingk d. loc. n. 16.* (8) Causæ decimarum, cum in petitorio ad judicem ecclesiasticum spectent, & sint res spirituales, appellationes in hujusmodi causis in Camera non recipiuntur: in possessorio tamen hoc fallit. *Vide Gail. pract. Obs. lib. 1. Obs. 38.* (9) A sententia in summarissimo possessorio lata non licet appellare per *L. un, C. si de moment. possess. fuer. appell.* sed lata sententia effectum sortitur, nihilq; operatur appellatio in judiciis possessoriis tam quoad devolutionis quam suspensionis effectum *Vide L. quisquis 6. C. quor. appellat. non recip. L. ult. de appellat. recip.* Intellego autem hic per causas possessorias summarissimas illas in quibus non observato juris ordine, sed per implorationem officii judicis, sine figura & strepitu judicii absq; libello & litis contestatione proceditur *Ordin. Camer. part. 2. cap. 21. in fine vers. vnd als baldt darauff Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1198. Gail. pract. Obs. lib. 1. obs. 7. n. 5. & 6.* Et in hisce causis nec Leutationem concessam tradit nobiliss. *Carpzov. ad Part. 1. Constit. 19. Desinit 24.* alias hodiè non modo in foro Saxonico, sed etiam in totâ ferè Germania in possessoriis non summarissimis generatim & regulariter appellationes recipiuntur. *Gail. lib. 1. Observ. 147. n. 9. & And. Raucbb. part. 2. qu. 6. n. 58. & 59.* (10) Ab executione rei judicatæ non appellatur, nisi executor modum executionis excedat. *L. 5. C. quor. appell. non recip. L. 4. D. de appellat. Vide Gailium de Arrest. Imp. cap. 11. n. 20.* alias Procuratores temere appellantes ab executione quinquaginta librarum argenti animadversione multandos esse Impp. Valens, Grat. & Valent. in d. *L. 5. C. quor. appell. non recip. rescripserunt.* (11) Non habent jus appellandi appellationum desertores, cum nefas sit lites in infinitum

nitum



nitum extendere *L. apertissimi 16. C. de judic. multisq;* appella-  
tionibus protrahi. *L. 36. C. de appellat. & litem alteram ex li-*  
*tis primæ materia admitti L. terminato 3. C. de fructib. & lit.*  
*expens:* Atq; hæc breviter de præcipuis causis, à quibus appel-  
lationes ad Cameram non admittuntur neq; recipiuntur,  
nec non de personis qui beneficio appellati onis non gaude-  
ant dicta sunt. Apparet ergo in quibus causis licita appel-  
latio sit, quas fusissimè, at tamen diligentissimè collegit  
*Sebastianus Navius in Syst. juris ad L. 3. D. quis & à quo*  
*appellatur.*

### POSITIO IX.

Appellare licet ab omni gravamine *L. 20. C. hic* Jure  
civilli tamen tantum à sententia definitiva. *L. ante sententia*  
*C. quar. appellat. non recip.* Jure Canonico verò à quolibet gra-  
vamine appellatio permittitur *C. 1. & 3. de appell. in 6.* quod  
& apud Saxones observatur ut annotant *Wesenbec. Parat. D.*  
*de appellat. n. 8. & Carpzov. ad Part. 1. Const. 19. Definit. 23.*  
Hodiè ab interlocutoria etiam, si vim definitivæ, & gravamen  
irreparabile contineat appellatur. *Ord. Cam. P. 2. tit. 29. S.*  
*vnd so von & P. 3. tit. 31. S. vnd so fern &c.* quod & confirma-  
rum in nuperrimis Comitibus. *Vide Recessum Imperii de hoc An-*  
*no 1654. S. in Appellation Sachen verl. vnd so ferne von einer*  
*Beyurtheil Mynsing. 3. Obs. 88. n. 1.*

### POSITIO X.

Dispiciendum nunc, à quibus appellare liceat vel non.  
Licitum autem est appellare regulariter ab omnibus judici-  
bus tam delegatis quam ordinariis, nisi qui excipiuntur. *L. 9.*  
*D. qui satisd. cog. L. 18. C. de jud. L. 2. in fine C. de temp. appel-*  
*lat. L. 32. §. 5. L. 19. C. hic.* Excipiuntur autem (1) Princeps  
*L. 1. D. à quib. appellat. non lic:* Sciendum autem hic ac no-  
tandum, quod per Principem imperator Romanus intelliga-  
tur, quem jus feudale regem appellat *cap. un. que sunt regalia.*  
*Vide parentem meum mihi dilectissimum in Lectionibus suis feu-*  
*dalibus cap. 3. pag. 14.* hinc jura omnia de principe loquentia  
propriè Imperatori competunt *Speculat. rit. de Appellat. §. vi-*  
*den*



dendum restat in princ. lib. 2. Sigismun. Scacc. de Appellation. quest. 16. limit. 1. num. 3. Reinkingk de reg. sec. & eccles. lib. 1. Class. 2. cap. 6. n. 47. & lib. 1. Class. 3. cap. 11. n. 12. Igitur ab Imperatore Romano non appellatur, nam ipse supremus est, leges dans, nullas accipiens Matth. Steph. intr. de jurisdic. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 23. & n. 182. & seqq. Hinc veteres Sacrosanctam principis personam habuerunt, ut testatur Bodin. de Republ. lib. 2. c. 5. utpote quæ DEI imago, neq; superiorem agnosceret. Plato in Polit. ὁ βασιλεὺς, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπων: rex deus quispiam humanus est. Homerus à Jove educatos reges ait, Nazianz. orat. 18. Princeps imago DEI est & imaginem DEI gubernat, hinc omnia principem à manu Dei accipere scribit Anton. Guevar. episcopus Accitanus & D. Caroli V. Imp. Consiliarius ac historicus in percelebrisuo horologio Principum lib. 1. cap. 17. & in jure nostro toties dicitur imperium à DEO constitutum & confirmatum esse Novell. 6. in pr. Novell. 73. in pr. §. 1. cap. 1. de pac. tenen. & ejus violat: Ex quo etiam Principes vocantur sanctissimi L. 87. §. ult. D. de legat. 2. L. 3. de natal. rest. Divi L. 1. & 2. D. de his qui sunt sui L. quod me 8. D. de adopt. L. 3. D. de Senat. Divini L. 3. circa fin. C. de quadr. præscript. L. ult. C. de acquir. poss. Piissimi & serenissimi L. donationes 26. C. de donat. int. vir. & uxor: eorumq; domus divina appellatur L. ad instructiones 7. ubi Gloss. & Fulgos. C. de SS. Eccles. Apparet ex hisce quod Imperator nullum judicem, nisi DEUM Opt. Max. habeat, unde illustris annalium conditor Tacit. 6. Ann. Principi, inquit summum rerum judicium dii dederunt, subditis obsequii gloria relicta est, quod utinam considerassent perfidi Angli, qui non tantum regem suum legitimum & Christianum quod inauditum, sine causa accusarunt, damnarunt, sed etiam tanquam sacrilegum sicarium, latronem securi percusserunt, non ignorantes, non temerè sanguinem regium violandum, teste enim Homer. Odyss. ω.

-- δεινὸν δὲ γένεσθαι βασιλείον ὄντι

κτείνεσθαι

res est gravis occidisse  
Regalem stirpem.

Cum



Cum igitur ex dictis constet, principem neminem nisi Deū  
superiorem agnoscere, sequitur etiā, quod ab ipso non appel-  
letur, unde Ulpianus in L. 1. §. 1. D. de appell. recip. Stultum est,  
inquit, illud admonere à Principe appellare fas non esse, cum  
ipse sit, qui provocatur. Hoc etiā in aliis superiorem non re-  
cognoscentibus obtinet. Ita in Gallia neminem, à rege appel-  
lare posse nec ab ejo curia testatur, *Petr. Gregor. in tr. de appell.*  
*lib. 3. cap. 7. num. 8.* Et sic servari in Francia tradit *Speculator lib.*  
*2. p. 3. de appellat. §. 3. n. 3.* Hisce præsuppositis falsa est assertio  
Pontificiorum, quasi licita sit appellatio ab Imperatore ad  
Pontificem, si causa sit ardua, & iniustitia notorie evidens sit.  
Falsum itidem quod *Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. quest. 35. ad-*  
*serit,* Cæsares, & Reges Papas habere suos judices, quod thema  
prolixè ventilatum vide apud *parentem meum mihi dilectissi-*  
*um in tract. de jure & rebus fisci S. R. Imperij part. 2. cap. 7.*  
Notandum igitur, quod vetita appellatio sit Statibus Imperii  
ad Pontificem Romanum, etiam in causa pia & tutelari, &  
appellans hicc tanquam contemptor jurisdictionis im-  
perialis mulctetur 100. marcis auri puri, cujus præjudicium  
refert *Auctor decision: Camer. Imper. sub. tit. appellare qui-*  
*bus & c. Vide Reinkingk de reg. sec. & eccles. lib. 1. Class. 2. cap. 3. 4.*  
*& 5. Sebast. Nev. Syst. juris ad L. 3. D. Quis & à quo appellet.*

(2) Excipitur Rex Romanorum, à quo non appellatur.  
Ratio est, quia non aliam, sed eandem numero Maje statem &  
jurisdictionem ordinariam à lege imperii in causam absen-  
tiæ vel impedimenti imperatoris tributam habet, nec non  
vacante imperii sede sine controversia indubitatus successor  
imperatoris & imperii dicitur *R. A. de Anno 1559.* ideoq; u-  
num cum Cæsare tribunal habere censetur, & per conse-  
quens neq; appellatur ab uno ad alium *c. cum Romana de ap-*  
*pellat. in 6.*

(3) Neq; appellatur ab Imperii vicariis, serenissimis E-  
lectoribus Palatino & Saxone, qui præter electionis jura hoc  
habent peculiare, ut imperii sede vacante sint vicarii, & vices  
imperatoris in imperio gerant, donec novus imperator con-  
stituatur. *Aur. Bull. tit. 5.* Ratio est, quia à vicario ad eum, cu-  
jus



jus est vicarius non appellatur, cum utriusq; idem sit tribunal  
*c. ap. Roma. de appellat. in 6. L. 1. 2. C. de offic. ejus cui. vic. al. jud.*  
*Sigismund. Scacc. de appellat. quest. 8. num. 61.* nec non vigore  
capitulationum Imperator adstringatur, ut ea quæ inter re-  
gni tempore à Vicariis gesta sunt, modo tamen legitimè gesta  
sint, rata habeat. Vide Capitulationem moderni Impera-  
toris Ferdinandi III. art. 38. versiculo auch nicht zugeben / daß  
die Vicariaten vnd deren Jura, sambt was denenselben anhengig  
von jemand disputirt vnd bestritten werden ut & Capitulatio-  
nem Caroli V. apud *Sleidan. lib. 1.* ibi quod inter regni tem-  
pore Palatinus atq; Saxo publicè egerint, ratum habeat.

(4) Appellare non est concessum à Præfecto prætorio. *L.*  
*19. L. 35. C. hic L. un. C. de sentent. Præf. prætor. L. 17. D. de mino-*  
*ribus L. un. §. I. D. de offic. præf. prætor.* quia uti *Zosimus lib. 2.*  
*scribit ἡ τῶν ὑπαρχῶν ἀρχὴ δευτέρη, μετὰ τὰ σὴν ἴσα νο-*  
*μιζουμένη.* Præfectorum magistratus secundus ab Imperatore  
existimatus, & *Cassiodorus lib. 6. Epistolarum* scribit: Potestati  
præfecti prætorio nulla dignitas est æqualis: vice sacra, hoc  
est Imperatoris judicat. & c. Vide *Wesenbec. in parat. D. de*  
*offic. præf. prætor.* Hodie hisce comparari possunt Electo-  
res Imperii, à quibus utpote qui pars corporis Cæsarei sunt  
*Aurea Bulla tit. 24.* illicita appellatio, vigore *Aur. Bull. tit. II.*  
*Vide Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 7. n. 22. Peucer. lib. 5. Chro-*  
*nicor.* Existimavit nempe Imperator Electores pro sapientia  
ac luce dignitatis suæ, non aliter, quam ipsemet, esse judica-  
turos ut de præfectis prætorio dicitur in *L. 1. §. 1. D. de offic.*  
*præf. prætor. Carpzov. Jurispr. forens. P. I. Const. 20. definit. 23.*  
*§ 24.* Quamvis autem omnibus indifferenter ArchiPrinci-  
pibus Electoribus privilegium de non appellando ab initio  
fuit concessum tamen non æquè omnes id retinuerunt, cate-  
ris sanè hoc eripuit longi temporis consuetudo, vel saltem  
eos, quoad certam appellandi summam quibusdam imperii  
statibus adæquavit. *Carpzov in tr. ad L. Regiam cap. 9. sect. 8.*  
At in privilegij de non appellando possessione etiamnum  
sunt Electores Saxonix & Brandenburgicus, *Hieronym. Scurff.*  
*consil. 29. cent. 3. lib. 1. Sebast. Navius Sist. jur. ad L. I. D. à quib.*  
appella-



*appellare non licet.* Electores autum hi serenissimi quamvis habeant jus de non appellando, tamen conveniunt in eo Politici super denegatâ justitiâ haud obstante privilegio Electorum de non appellando, subditis eorundem apud Cæsaream Majestatem conqueri, & ad judicium imperatoris aulicum appellare licere, ita ut causa justitiæ denegatæ ab hoc privilegio sit excepta per sanctionem manifestam *Caroli 4. Imper. in A. B. tit. II. Vide eleganter hac de re agentem Carpzov. in tr. ad L. Regiam cap 19. sect. 7.* Poena appellantium à Ducibus Saxonis & Brandenburgicis est centum auri marcarum pro dimidia parte ad fiscum, altera ad Electores prædictos pertinentium. *Vide Nev. d. loco ad L. 1. D. à quib appell. non lic. Wesenbec. Parat. D. à quib. appellat. non licet.*

(5) Non appellatur à Senatu *L. 1. §. 1. D. à quib appell. non lic.* quia Principem re præsentat *L. 1. in princ. C. ad L. Jul. majest.* & jus condendæ legis habet *L. non ambigitur 9. D. de legib. L. 2. de flum.* Hodie à Camera imperiali ut Senatu Cæsaris ac ordinum imperii, nec non ultimo ac supremo judicio in imperio Romano. R. A. zu Augspurg *de Anno 1530. §.* Diweil danu unser Cammergerichte das oberste und letzte Gerichte/ non appellatur *d. Recess. de Anno 1530. §.* diweil nun: *Ordin. Camer. part. 3. tit. 51. §.* Wir ordnen, ibi das von den Urtheilen am Râyß. Cammergericht ergangen vnd außgesprochen/kein Theil weiter zu appelliren, oder zu suppliciren macht haben solt: neque Imperator causas in Camera captas avocare potest *Ordin. Camer. part. 2, tit. 35. Ordinat. Camer. zu Wormbs Tit. das dem Cammergericht sein freyer starcker Lauff gelassen werde.* Imperator enim per modum contractus in Ordinationem Cameræ consensit, ideo ad ejus observantiâ omninò etiâ de jure civili tenetur per ea, quæ tradit. *Gail. Practic. Observ. lib 1. Obs. 41. text. in L. digna vox C. de LL. & ibi Dd. & in L. ex imperfecto C de test. & ideo Camera habet ordinariam jurisdictionem ab ordinatione Imperii, quæ legis vim obtinet text. in L. 1. D. de const. Princip. & in L. more majorum D. de jurid. om. judic.* Neque nobis obstat autoritas Berlichii viri alias Clarissimi, *Decision. 158. pro Cæsarea à Camera Imperiali a-*



vocandi libertate respondentis, quamvis enim hunc virum  
 magni faciamus, tamen pronunciata ejus hac in parte non  
 debent nobis esse oracula, ut loquitur *Scal. lib. 5. Poët.*: Si-  
 quidem contrariam omnino sententiam exhibet *Ordin. Ca-*  
*meræ Part. 2. Tit. 35.* cujus verba sunt. Nach dem die Kaysersl.  
 Mant. vermöge hiebevör auffgerichteten ReichsOrdnung/  
 sampt Churfürsten/ Fürsten/ vnd Ständen bewilligt vnd zuge-  
 geben/ daß dem Kayserslichen Cammergericht unverbündert eini-  
 ger Restitution, Supplication, Advocation, oder anderer su-  
 spension/ vnd Aufschlag/ sein freyer/starcker/ unverbündert  
 Lauff gelassen/vnd darwieder nicht gegeben werden quibus ver-  
 bis nihil clarius esse potest. Accedit hisce, quod iudicium  
 Camerae, non à Cæsare solùm sed etiam Imperii statibus con-  
 stitutum, & hanc sententiam etiam amplectitur rerum Ca-  
 meralium scientissimus *Gailius practica: Observat: lib. 1. Ob-*  
*servat. 41. quem sequitur Reinking. de regim. sec. & ecclesiast. lib.*  
*2. Class. 2. cap. 14.* & quare Imperator in *Ordin. Cameral. p. 2. t.*  
*7.* causas majorum feudorum sibi reservasset, si ipsi se in Ca-  
 meralia negotia intromittere integrum foret? jam verò re-  
 servatio unius abdicationem cæterorum inducit.

(6) Non appellatur ab Archiducibus Austriae ex consti-  
 tutione Friderici I. & II. *Vide Gylman. in Symphor. suppl. p. 2.*  
*tit. II. vot. 6. sub num. 14. Goldast. p. 1. Constit. Imper. Reinking.*  
*de reg. sec. & eccl. lib. 1. Class. 4. cap. 10. Carpzov. ad L. Reg. c. 9.*  
*sect. 8. n. 5.* de hoc tamen sæpè acriter decertatum esse testan-  
 tur *Rulant. de Commiss. p. 4. lib. 5. cap. 4. n. 24. Thom, Mich, de*  
*jurisd. conclus. 23.*

(7) Non recipitur appellatio in Camera etiam ratione  
 certæ summæ, quamvis enim jure civili à sententiâ latâ in  
 qualibet summa, & in quacunq; causa licita erat appellatio *L.*  
*20. C. de appell. it. & consultat.* etiam in parvis damnis & gra-  
 vaminibus, hodiè tamen quodammodo hoc immutatum.  
 Nam appellationes in Camera infra summam 50. floren-  
 rum non fuerunt receptæ ab Anno 1555. ad annum 70. ut te-  
 statur, *Ordin. Cam. p. 2. tit. 28.* § und sonderlich ab Anno 70.  
 ad annum 1600 infra summam 150. floren: *Recess. Imp. de*  
Anno



Anno 1570. §. Als wir dann auß obbegehrten/ & tandem ab Anno 1600. infra 300. florenos pecuniæ capitalis salvis privilegiis statuum imperii de non appellando, appellationes nõ fuerunt receptæ *Deputation Abschied de Anno 1600. §. Wiewol nun auch.* Hoc etiam correctum in nuperrimis Imperii Comitibus, ita ut appellationes intra summam 400. Thalerorum capitalis pecuniæ hodiè non recipiantur, uti testatur *Recessus Imperii de hoc Anno 1654. §. Vierdtens ibi.* soll die Summa Appellabilis von dreyhundert Gulden bis in 400. Reichsthaler/ Capital &c. erhöhet werden.

(8) Non appellatur ab his, qui privilegium de non appellando ad certam summam, concessum habent, si appellationis causa non excedat summam pecuniæ dicti privilegii. Ita Elector Moguntinus habet, privilegium de non appellando ad summam 400. flor: Coloninensis ad 500. aureorum Rhenens. Palatinus ad 1000. Duces Holsatiæ ad summam 500. floren: , Landgravii Hassiæ ad 600. Duces Baviariæ ad 500. aureorum Rhenens. Bremensis Civitas imperialis ad 600. aureos Rhenanos. Argentina urbs itidem ad summam 600. florenorum aureorum Rhenensium. Vide diligenter hæc privilegia collecta apud *Limn. lib. 3. de jur. publ. c. 5. & imprimis Sebast. Nævium Systemat. jur. ad L. I. D. à quib. appellat. non licet* quamvis nonnulla ex illis, quæ ibidem nobilissimus ille vir Sebast. Nævius tradit hodie immutata sint, ut in Ducibus Brunsvicensium ac Luneburgensium Dominis meis Clementissimis, summa enim, infra quam in illustri ducatu à causis in judiciis ejusdem Provincialibus ut & Aulicis agitatae & decisae appellare illicitum, & in quibus Camera, ut & aula imperialis pro incompetentibus habentur est hodiè mille aureorum florenor: Rhenensium Tausendt Goldtfl. uti verba Ordinationis in Anno 1639. revisæ nec non renovatæ sit. 66. in pr. ut & ipsius diplomatis privilegii Casarei de Anno 1638. testantur. Vide plura ad hanc rem facientia apud *Jul. Magenb. in Comment. ad Ord. Cam. p. 2. t. 28. fol. 273. Mindan. sub fin. lib. 1. de process:* Hodiè per Pacificationem Osnabrugensem Regina Serenissima Sveciæ, & jam modernus Rex Sveciæ privile-



gio de non appellando in' omnibus feüdis pro recompensa-  
tione ipsis benevole concessis gaudent *Instrumentum Pacifica-*  
*tionis Osnabrug. art. 10.*

(9) Non licet appellare ab arbitris compromissariis in  
specie sic dictis *text. in L. 1. C. de recept. arbitr. & in L non di-*  
*stinguemus §. cum quidam vers. & idem D. eod. tit. L. 76. D. pro*  
*socio L. 32. §. 14. L. 27. §. 2. & fin. C. de arb. Ratio est quia ju-*  
*risdictionem non habent L. 1. C. de recept. arbit. Vide Wesen-*  
*bec. Parat. D. à quib. appell. non lic. n. 5. Treutlerum vol. 6. Disp.*  
*ult. th. 4. lit. g. Mynsing. cent. 4. obs. 68. Gail. Pract. Obs. l. 1. ob-*  
*servat. 1. num. 49. Excipiuntur tamen judices delegati, vel*  
*Commisarii, ut vocant, à quibus si tenorem mandati exce-*  
*dant appellatur ad mandantem L. 1. §. 1. D. à quib. appell. non li-*  
*cet & ibidem Wesenbecius num. 5. Vide Gail. pract. observat. lib.*  
*1. observat. 121.*

#### POSITIO XI.

Forma appellationis jam spectanda sese nobis offert,  
quæ consideranda est partim ratione ipsius judicis, qui ad-  
eundus, partim ratione fatalium dierum, qui prosequendis  
appellationibus præstituti sunt. Quoad judicem, notandum,  
appellationem fieri debere ab inferiore ad superiorem. *No-*  
*vell. 17. cap. 3. Novell. 23. cap. 3. L. 29. C. de appellat. cap. Romana*  
*de appellat. in 6. cap. dilecti 66. X. de appellat. L. 21. D. de appel-*  
*lat: & relat. omisso enim medio judice ad superiorem de jure*  
*civili appellare non licet: quod si omisso medio ad Impera-*  
*torem forsitan facta fuisset appellatio, vires non habet sed cau-*  
*sa remittitur ad priorem judicem per L. 21. D. de appellat: Idem*  
*hodie obtinet in Camera Imperiali. Ordinat. Cam. part. 2. tit.*  
*29. §. 1. ubi expressa sunt verba: daß kein Appellation an dem*  
*Käyserlichen Cammergericht angenommen werden solten / die*  
*nicht gradatim geschehen / vnd die einen nehern Richter hette.*  
*Mynsing. 1. Obs. 67. Gail. Pract. observat. lib. 1. Observat. 119. n.*  
*2. Wesenbec. Parat. D. de appellat. num. 9. admittit tamen hoc*  
*suas limitationes, & fallentias, si enim judex intermedius pa-*  
*lam justitiam denegaret omnino licita est appellatio ad supe-*  
*riorem*



riorem per dictam *Ordinat. Camera part. 2. tit. 29. §. 1. versiculo*, es wehre dann/das der nechste Unterrichter dem Appellanten fündtlich das Recht versagte. *Mynsing. 1. observat. 63. Schrad. tr feud p. 10. c. 4. num 142. Gail. Pract. Observat. lib. 1. Observat. 28. num. 3.* ubi dicit mandata quoq; pœnalia, cum clausula, contra judicem negligentem decerni posse, ut intra certum tempus justitiam administret. Ad probandam verò denegatam justitiam non sufficit juramentum, quod quis non speret se consecuturum justitiam. *Geil. d. lib. 1. obs. 28. n. 3.* sed (1) requiritur trina requisitio *Gail. d. loco Mynsing. 2. observ. 24.* (2) documentum quo probetur denegatio. *Mynsing. d. observat. 24. & 2. observ. 74. & 3. Observ. 57. Geil. practic. Observat. lib. 1. Observat. 28. & 30. ut & 119. arg. Ordinat. Cam. part. 2 tit. 29. §. 1.* igitur quoties judex mediatus justitiam denegat aut alias ex justis causis suspectus, vel inhabilis est, istis casibus omissio medio judice Camera causam appellationis recipere potest, quia querela denegatæ justitiæ adeò favorabilis est, ut etiam in casibus, in quibus prohibitum est appellare possit adiri superior per viam querelæ propter justitiam retardatam vel denegatam. *Aur. Bull. Carol. IV. tit. II. de immunitate Principum Electorum*, ubi quidem Serenissimis Electoribus D. Carolus IV. concedit jus de non appellando & avocando, qua de re positione præcedenti dictum ea tamen conditione, ne justitia subditis denegetur *d. A. B. lit. II. versiculo*, quamdiu in Archiepiscoporum prædictorum, & suorum judicio quærantibus non fuerit justitia denegata, appellationes contra hoc factas non recipi statuimus, cassasq; & irritas nunciamus. In defectu verò justitiæ prædictis omnibus ad Imperialem duntaxat Curiam & tribunal, seu judicis immediatè in Imperiali Curia pro tempore præsentis audientiam, & etiam eo casu non ad quemvis alium judicem sive ordinarium, sive delegatum, his quibus denegata fuerit justitia liceat appellare &c. Ita quamvis modernus rex Sveciæ ratione feudorum, quæ pro recompensatione regnum Sveciæ ab imperio recognoscit habeat in illis jus de non appellando vigore *Instrum. Pacis*

*Pacis*



*Pacis art. 10.* tamen additur ibidem, ut unicuique jus & iustitia secundum Imperii constitutiones & cujusque loci statuta administraretur. Verba Instrumenti Pacis sunt hæc. Deinde concedit eis in omnibus & singulis dictis feudis privilegium de non appellando; sed hoc ita, ut summum aliquod tribunal seu appellationis instantiam commodo in Germania loco constituat, eique idoneas præficiat personas, quæ unicuique jus & iustitiam secundum Imperii constitutiones & cujusque loci statuta, absque ulteriori provocatione, causarumve avocatione administrarent. Jure Canonico alias omisso medio ad Papam appellari potest *c. in metropolitanum 2. quest. 7. c. ad Romanam 2. quest. 6.* & talem appellationem intermisso medio ad supremum factam ex consuetudinis ac præscriptionis titulo licite fieri tradunt *Covarru. pract. questio cap. 4. num. 9. Magenhorst in commentar. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 29. ubi ex urbibus refert Hamburgam omisso appellationis iudicio in Cameram causas devolventem. Nevius Syst. juris ad L. 1. §. si quis in appellatione 3. D. de appellat. & ad L. imperatores 21. D. eod.* Pergimus jam ad alterum, quod formam appellationis concernit, nimirum ad fatalia ejusdem, quorum alii septem numerant, uti refert *Ruginellus in tr. noviss. ad Tit. de Appellat. §. 9. Gloss. 2. pag. 286. Gailius pract. Observat. lib. 1. observat. 139.* triplicia constituit fatalia, quædam, inquit, ad interponendam, quædam ad introducendam coram iudice appellationis, alia ad finiendam appellationem spectant. Nos quatuor appellationum fatalia agnoscimus (1) interponendæ appellationis. (2) petendorum Apostolorum. (3) appellationis introducendæ, & (4) ejusdem proseguendæ ac finiendæ. *Vide Ruginell. dicto loco Scacc. in tractat. de appellat. c. 2. q. 15. num. 12. & seqq.* Quod fatalia interponendæ appellationis attinet, appellatio interponitur vel in continenti & stante, pede vel ex intervallo. In continenti nimirum iudice pro tribunali sedente, ut quando pars gravata audiverit sententiam latam confestum protestetur, ac dicat sese appellare à sententiâ, ac sufficit dicere. Appello, ut dicit *Jctus Macer in L. 2. D. de appellat.* & hoc in bene constitutis judiciis solent

solent



solent Secretarii ad acta annotare. Ex intervallo in scriptis  
scilicet *L. 6. §. pen. L. 28. C. de appellat.* quod olim in propria  
causa intra biduum, in aliena intra triduum, nisi causam ap-  
pellans periclitari vellet, fieri oportebat. *L. 20. D. de appell. L.*  
*1. §. 7. D. Quand. appell. sit L. 6. §. pen. C. de appell.* Hodie indi-  
stincte ab omnibus intra decendum interponenda est appel-  
latio *Novell. 23. in pr. Auth. hodie C. de appellat.* Hoc tempus  
currit de momento in momentum, id est, à tempore senten-  
tiæ latae *d. Auth. hodie C. de appellat.* ita quod etiam feriæ so-  
lennes includantur *text. in L. 1. C. de feriis & in L. sine §. feriæ*  
*C. de dilat. Vide Ordinat. Camer. Part. 2. tit. 29. §. 2.* So sollen  
auch versic. die Appellationes vermög der Rechten / innerhalb  
zehn Tage beschehen. *Mynsing. cent. 2. obs. 2. Gail. Practic. ob-*  
*servat. lib. 1. observat. 139.* Hoc tempus etiam nec compromisso  
partium. *Mynsing. 2. obs. 68. Gail. d. loco n. 6.* nec à iudice pro-  
rogari potest per expressam sanctionem *in Ordinat. Camerae d.*  
*p. 2. tit. 29. §. 2. vers. vnd nach dem sich.* Idem observatur etiam  
in Leuteratione, in foro Saxonico *Ordin. Process. jud. Elect.*  
*Saxon. tit. 35. in pr. Vide Andream Pauchbarum part 1. quest. 3.*  
*num. 13. pag. mibi 23. Carpzov. ad Part. 1. Constit. 19. Definit. 13.*  
Appellatio autem interponi debet coram Notario & testi-  
bus. Sed ane coram solo Notario absq; testibus interposita  
appellatio valida est? Resp. negando. Non enim soli scri-  
pturæ Notarii absq; testibus creditur *Novell. 44. in prefat. &*  
*Novell. 73. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 29. §.* Item so sel einem  
jedem versic. vor einem glaubwürdigen vnd approbirten Nota-  
rio vnd Zeugen zu appelliren zugelassen atq; ita etiam judica-  
tum fuisse Anno 1631. annotat *Carpzov. jurispr. forens. part. 1.*  
*Const. 20. Definit. 2.* ibi da jhr nun eweren andeuten nach für  
Notarien vnd Zeugen / ( so dießfals notwendig darben sein müs-  
sen ) von selbigem Abscheidt gebührender masse appelliren wür-  
det / so wehre die Appellation zu recht bestendig. *B. N. B.*  
Igitur hæc appellatio ex intervallo coram Notario &  
testibus interponenda est. Convocantur autem Nota-  
rius & testes à parte gravata, & Notario comparente appel-  
lans gratias agit Notario pro comparitione, eique schedu-  
lam

D

lam



lam, in qua continentur nonnulla gravamina & causæ, cur appelladum fuerit tradit, eumq; rogat ut Instrumentum Appellationis conficere velit.

Alterum fatale, secundum Dd. consistit in petendis Apostolis. Appellatione enim rite interposita intra spatium 30. dierum appellans libellos dimissorios ab eo à quo est appellatum ad eum, qui de appellatione cogniturus est, qui ἀπὸ τῶν ἀποστόλων apostoli dicuntur petere cogitur *L. unic. D. de libell. dimiss.* & ibidem *Wesenbec. in Parat. L. 106. D. de Regulis juris*, quod si non petierit intra 30. dies apostolos appellatio sit deserta. *L. iudicibus 24. L. eos qui 6. §. ult. C. de appellat. L. unic. D. de libell. dimissor.* vide *Carpzovium Jurisp. forens. part. 1. Constit. 20. Definit. 7.* Ratio est quia Apostoli dicuntur pars, & censentur esse de substantia appellationis testante *Lancellot. de attent. p. 2. c. 11. 12. 13. Vide Brederodium in tractat. de appell. p. 2. tit. 4. Nevium Syst. juris ad L. unic. D. de libell. dimissor.* Quamvis autem tam de jure, quam de consuetudine plerorumq; locorum Apostolorum petitio necessaria sit. *Maranta in speculo suo aureo P. 6. tit. de appell. n. 220.* illud tamen in Camera Imperiali non attenditur, ut disertè constitutum est in *Ordinatione Camerae Imperial. Part. 2. tit. 30. §. 1.* Damit auch (inquit ordinatio) Befehrligkeit in vollensführungen der Appellationen/so an dem Kayserslichen Cammergericht beschehen/fürkommen/soll einem jedem Appellanten frey stehen Apostolos zu bitten oder nicht. *Vide Mynsing. 4. Observat. 36. Gail. 1. Observat. 139. in fin. Wesenb. cons. 1. num. 31.* Sed hæc ad inferiora tribunalia non sunt extendenda, nam in his nisi Apostoli intra 30. dies petantur, appellatio censetur deserta. *Wesenbec. d. cons. 1. n. 10. Vide Paul. Matth. Wehnerum in Observat. practic. lit. A. in voce Abscheidts Brieffe.*

Tertium fatale appellationis vocatur fatale introducendæ appellationis, quod æquè observandum ut fatale prius eo enim elapso perinde appellatio deserta efficitur, ac si intra decendum interposita non fuisset, hoc fatale autem introducendæ appellationis, non à die latæ sententiæ, sed à die interpositæ appellationis currere incipit. *text. in Auth. §. qui C. de*



*de temp. appell.* quamvis autem tempus introducendæ appellationis jure eomuni definitum non reperiatur, tamen hodiè est tempus sex mensium. *Ordin. Cam. part. 2. tit. 30. §.* würde aber *Gail. 1. observat. 140. num. 30.* hoc tempus judici appellationis ex justis causis prorogare permittitur: puta ob nimiam loci distantiam, vel alias causas. *Ordin. Cam. part. 2. tit. 30. §. 2.* supplicatio tamen pro prorogatione infratempus Ordinationis, videlicet sex mensium exhibenda est: nam iis elapsis, frustra ejus quod non est prorogatio petitur. *text. in L. sed etsi manente D. de precario & in L. bonorum D. rem rat. haber:*

Quartum fatale est prosequendæ appellationis, cujus tempus hodiè est annus, & ex justa causa biennium *Auth. ei qui C. de temp. appell.* quod currit à tempore interpositæ appellationis *Wesënbec. Parat. D. Quand. appell. sit n. 6. Gail. Practic. Observat. lib. 1. Observat. 141. num. 1. Treutler. vol. 2. Diss. Diss. ult. lit. K. arg. L. 2. pr. L. 3. post princ. C. de temp. appell.* quamvis propter multitudinem causarum fatalia prosequendæ appellationis in Camera non tam accurate observentur, sed sufficit tempora interponendæ & introducendæ appellationis diligenter attendisse *text. in Auth sed & lis C. de tempor. appellat. Gail. d. lib. 1. observat. 141.*

#### POSITIO XII.

Ex enarratis licebit colligere, quæ sit forma ipsius appellationis, consequens erit jam & ipsum processum, uti vocant Appellationis quam brevissimè tradere, theoriam enim sine praxi nihil efficere, praximq; sine theoria periculosam maximè evadere rectè monet nobilissimus Ictus *Arius Pinellus in L. 2. C. de recind. empt. & vendit:* Igitur appellans, supplicatione pro recipienda appellatione tradita, qua de re *Rosbach. in process. tit. 73.* in primo termino per procuratorem appellationem introducere, formalia per traditionem actorum, vel instrumenti appellationis & documenti requisitionis statim justificare tenetur *per Ordinat. Camer. part. 3. tit. 31. §. 4. So soll & Recessum Imperii de hoc Anno 1654. §. in Appel-*  
D 2
lacion-



lation Sachen. Antequam autem Judex decernat Processus, puta citationem, inhibitionem, & compulsoriales duo considerare debet, scilicet & formalia & materialia appellationis. Formalia scilicet, an intra decendiura interposita appellatio vel gradatim facta sit? Materialia, an summa Ordinationi Camerae aut privilegio sit conformis, si enim judex videt non devolutam appellationem ad Cameraam, ratione summae, ordinationis, vel privilegii, causa non recipitur sed ad eundem judicem a quo remittitur, *Vide Mynsing. cent. 1. obs. 67. Gail. practicar. observat. lib. 1. observat. 119. & observat. 123. ubi num. 9.* hujusmodi sententiae, qua causa ad priorem judicem remittitur, tenorem recitat. Quod si jam tam formalia, quam materialia, appellationis salva sint, appellatio recipitur, inhibeturq; a Camera Imperiali judici prioris instantiae, ne procedat in causa. Haec inhibitiō hunc habet effectum, ut pendente appellatione judicis officium conquiescat, ita ut manus ipsi ligatae esse dicantur, formulam hujusmodi inhibitionis tradit *Rosbach. in prax. Civitit. 75.* quod si vero nihilominus judex prioris instantiae pergat in causa, attentare dicitur, ac tum Camera imperialis mandata de revocandis attentatis decernit. *Ordinatio Camer. part. 3. tit. 31. §. 17.* *Somit vad neben;* pronunciandi formulam in Camera supra attentatis refert *Gail. dict. 1. observ. pract. Observat. 146. n. 16.* In primo termino & acta prioris instantiae simul appellans praesentare tenetur. *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 31. §. 1. auff den. Recessus Imperii de hoc Anno 1654. §. in Appellation Sachen/* si judex non acta appellanti tradat, sed interpellatus repugnet Compulsoriales adversus eum Camera Imperialis decernit, ad edenda scilicet acta prioris instantiae, & quidem sigillata *dict. Recess. §. desgleichen / & §. So dan Ordinat. Camer. part. 3. tit. 21. §. 5. & 6. & part. 2. tit. 31. §. 1. ut & integra, dict. part. 2. tit. 31. §. Würde sich aber.* Impetratis actis primae instantiae Camera Imperialis citationem decernit, quae est secundae instantiae fundamentum ac basis. Appellans in termino constituto gravamina sua, summariter omissoq; articulado libello proponere tenetur *per dict. Recess. de hoc Anno 1654. §. zu Beforde-*



förderung/si quæ nova habeat gravamina diligenter annotat, accurateq; deducit quod si non habeat nova gravamina, imo nihil novi proferat ad acta prioris instantiæ statim in primo termino concludere necesse habet, uti saluberrime in nuperimis Comitibus Imperii constitutum, testante *id. Recessu Imperii sepius allegato §. auch in Fällen.* Appellatus à sua parte, si potest, formalia appellationis impugnat, scilicet appellationis fatalia esse elapsa vel formam appellationis ex statuto requisitam non ritè fuisse observatam, vel deniq; appellationem desertam factam esse, salvis formalibus materialia aggreditur, nimirum frivole ac malitiose interpositam appellationem. Appellans verò si non fatalia appellationis accuratè observaverit, appellatio fit deserta, qua deserta Judex appellationis, condemnat eum in expensas, prioremq; sententiam confirmat. *Vide Gail. pract. observat. lib. 1. observat. 137. 138.* Si verò omnia fatalia observaverit, & appellationem prosecutus fuerit, Judex postquam viderit acta, & ea, quæ ab appellante prolata, & quæ ab appellato excepta, tandem fert sententiam vel confirmans sententiam priorem, scil: Das in voriger instantz wol gesprochen / vnd übel davon appelliret, & tunc remittitur causa ad priorem judicem, vel reformans eam, quæ sententia reformatoria dicitur, & pronunciatur, daß in voriger instantz übel gesprochen / vnd wol appelliret.

### POSITIO XIII.

Postquam jam sententia lata, vel deserta facta, ac pronunciata, statim negotium executioni mandandum, ab executione enim sententiarum salus Reipublicæ & privatorum quies oritur, unde Horatius lib. 3. Od. 24.

Quid tristes quærimoniæ  
 Si non supplicio culpa reciditur?  
 Quid leges sine moribus,  
 Vanæ proficiunt.

Legis virtus in exequendo consistit *Ordinat. Camer. part. 3.*

D 3

tit.



tit. 48. §. bleweil ein jede Urtheil verlic. So der nicht gebührliche Vollenstreckung geschicht / bringet wenig Frucht / eadem verba toties repetuntur, ut in *Ordinat. Camer. Constant. de Anno 1507. Tit.* Wie gesprochen Urtheil exequiret werden sollen §. 1. *Ordinat. Camer. Wormatiens. de Anno 1521. Tit.* Execution der Urtheil belangt §. 1. *Recess. Imper. Norinberg. de Anno 1522. in princ.* Executio igitur sequi debet sententiam, ut filia matrem, ut effectus causam, & satius est non determinare, non ferre sententias, quam benè determinata, lata, non exequi velle ut ait *Coler. de process. excut tit. in presat. n. 4. & 5.* Frustra conduntur jura si nemo exequatur inquit *Roman. Consil. 522.* Sententia igitur postquam in rem judicatam transivit, rectè ad executionem proceditur, idq; fit in Camera Imperiali aut per viam executorialium, vel mandatorum executorialium. Hujusmodi autem executoriales, & mandata executorialia sine clausula justificatoria in Camera decernuntur. Ratio est, quia res judicata pro veritate habetur. *L. res judicata 207. D. de Reg. jur. L. ingenuum 25. D. de stat. hom: & de indebito debitum facit L. 1. de condict: indebiti,* imo falsum mutat in verum non essentialiter sed quoad effectum *Cravett: Consil. 79. n. 4.* Executoriales autem, & mandata executorialia decernuntur cum termino sex septimanarum, & trium dierum, & annexa citatione ad docendam de partitione, vel videndum se declarari in penam executorialium, aut allegandam causas cur talis declaratio fieri non debeat. *Vide Gailium pract. observat. lib. 1. Observat. 113. per tot:*

#### POSITIO XIV.

Finis Appellationum est, ut sententia injustè lata in melius reformetur *L. 1. in pr. D. de Appellat:* appellatio enim est quædam medicina inventa contra morbum sententiæ *Oldrad: consil. 255.* imo præsidium & levamen oppressorum, communeq; damnatorum auxilium contra malè judicantium venenum *L. 3. D. rem ratam haberi. Curt. iun. Consil. 103. n. 8. Set ser: de juram. lib. 4. c. 8. n. 1. Alex. de Imol. consil. 113. vol.*



vol. 5. non vero debet esse appellatio occasio malignantium,  
*Matth. Coler. in tract. de proc. execut: part. 4. c. 2. n. 19.* & anti-  
doton contra justam sententiam ut ait *And. Knich de Sax. non*  
*provoc. jur. cap. 3. n. 58. 59.* Appellans igitur probare tenerur  
se ex justa causa appellasse. Vide *Joseph. Mascard. de proba-*  
*tionibus vol: 1. conclus: 114. & Cardin. Tusch. practic. Concl. jur:*  
*conclus: 142.* unde ad de terrendos injustè appellantes in qui-  
busdam locis sabulerrimè constitutum est, ut appellans pri-  
usquam appellationi deferatur, juramentum appellationis  
præstare teneatur, uti hoc observant urbes Francofurtum ad  
Mænum & Hamburga, Senatus, Lubecensis, Kempensis, No-  
rimbergensis, VVindsheimensis, Bremensis, Coloniensis, ut  
& Duces Megapolenses, apud quod appellans principalis &  
ejusdem procurator jurare tenentur provocatioue facta,  
quod non protrahendæ litis animo, sed ex fiducia bonæ causæ  
appellent, idem & observatur, in illustri Ducatu Brunsvicen-  
si. Vide die *Hoffgerichtsordnung Tit. 67.* ut & in aliis locis.  
*Vide Sebast. Nev. Syst. Jur. ad L. I. D. à quib. appellar. non licet.*  
*Mynsing: Observat: 56. Cent: 3.*

#### POSITIO. XV.

Perducit nos ordo ad effectus, qui ex nostro appellatio-  
nis beneficio oriuntur, qui sunt varii, nam per appellationem  
suspeditur prior sententia *L. furti 6. de his qui not. infamia*  
adeo ut executioni mandari non possit *tt. D. nihil innovari*  
*appellat. interposit:* Appellatio enim infert quietem ac silen-  
tium jurisdictioni judicis à quo uti loquitur *Rolandus à Valle*  
*Consil. 77. num. 6 lib 2.* & integrum jus ad superiorem devol-  
vit notante *Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 67. num. 13.* imo  
ut loquuntur per appellationem judici à quo quasi manus li-  
gata dicuntur, ne quid amplius in causa agere possit; Quod si  
attendet id ipsum judicis officio, ad quem est appellatum an-  
te omnia & summarie revocatur. *L. chirographis 58. §. 2. D.*  
*de administ. Tutor. L. un. D. nihil innovar: appellat. interposit.*  
*& ibidem VVesenbec. paratil. n. 2.* Porro eximit appellatio ap-  
pellantem à jurisdictione judicis à quo *L. appellatione 3. C. de*  
*appellat.*



*appellat. & consultat. d. L. un. D. nil. innov. appellat. interposit:* ita ut omnia reliquenda sint in eo statu quo erant tempore appellationis per dict. leges quem effectum etiam Revisio in Camera habet, quemadmodum enim per appellationem ita per revisionem executio judicati suspenditur. *Vide Heig. part. 1. quest. 10. n. 49. Carpzov. ad part. 1. Const. 20.* quæ sententia & in nuperrimis Imperii Comitibus recepta & approbata testante id Recessu Imperii de hoc Anno 1654. Ratio autem est, quia prohibita appellatione, Revisio loco appellationis successit. Hoc intuitu non tantum in Germania, sed etiam in Gallia, Hispania, regno Neapolitano, & ducatu Pedemontano supplicationis & Revisionis usus involuit. *Heig. d. quest. 10. n. 51.* Beneficium autem hoc vel potius remedium Revisionis licet bono fine introductum sit *Ord. Cam. part. 3. tit. 53. in princ.* magnus tamen ejus abusus in Imperio hodie videtur. *Vide Ventur. de Valent. in Parth. litig. lib. 2. c. 14. n. 13. Reinkingk. de reg. sec. & eccles. lib. 2. Class. 2. cap. 15.*

#### POSITIO XVI.

Videndum nunc postremo de pœnis temerè appellantium. Ansam pœnarum constituendarum dedit ipsa litigantium protervitas. Quo enim tempore Romanum Imperium in vigore suo erat, ita ut ullis externis viribus extinguere haud posset, nisi postmodum in suum semetipsum exitium armasset judicia florebant, ac procul imperiti isti Causidici & rabulæ forenses ignari litium concionatores aberant, Principes ipsi etiam curam judiciorum gerebant, Julium Cæsarem laboriosissimè ac severissimè jus dixisse testatur *Sveton. in Jul. cap. 43.* Successor ejus Augustus jus dixit assidue, & in noctem nonnunquam, si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans: *Idem Svet. in August. cap. 33.* Accedit, quod causæ ventilarentur absq; longo sufflamine litis, uti canit Juvenal. *Sat. ult:* nam quicquid discordiæ inter cives exarserat rudis sed beata æquitas compescebat per arbitros, & formula prætoris pro lege erat, ignotæ erant tot exceptiones frustratoriæ, tot dilationes. Postquam verò Romanum imperium gravissimis tempestatibus, quasi quodam diluvio

ludio



ludio ac inundatione jactatum, jam occasum sui minitaretur, cum pristina militari disciplina, virtutibus, & ipsa veterum judiciorum sancta simplicitas illud dereliquit. Scilicet quemadmodum divinam quandam æternamq; juventam Natura rerum sortita non est, ita imperiis sua manent fata, eaq; æterna præstare, immortalis solummodo virtus potest. Jactura hæc adhuc tolerabilis esset, si eæ leges, quæ sacratissimi nostri Imperatoris temporibus in usu fuerunt, adhuc florent, neq; tantus abusus legum existeret, quæ enim forma judiciorum qua nunc utimur? non ordo sanè sed confusio cum calumniosa scriptorū altercatione conjuncta, unde horrenda ac infernalis vox quorundam: nullam causam adeo esse bonam, quam non pervertere, nullamq; tam pravam, quam ad victoriam usq; defendere non audeant. Verum mehercule non ab insigni nota justitiæ. Quamvis autem non defuerunt inter Germaniæ lictos, qui huic litigandi malo luculentis scriptis consultum iverint, tamen & hæcenus litigandi pruritus reprimi haud potuit. Ob has & alias graviores causas omnino hominum malitiæ occurrendum erat, nec non pænæ constituendæ, ut metu illarum à temerè litigandi, appellandiq; studio homines avocarentur: Hæ autem pænæ variæ fuerunt. Antiquitus apud Romanos appellans certum aërium numerum deponebat, quem si injustè provocaret, is qui judicio vicerat, auferebat, uti prolixè ac speciosè deducit vir antiquitatis Romanæ peritissimus *Jacobus Revardus Variorum lib. 5. cap. 10.* De jure civili injustè appellantes quinquaginta librarum argenti animadversione multandos esse rescripserunt *Impp. Valens, Grat. & Valent. Augusti ad Thalassium proconsulem Africæ in L. 5. C. quor. appellat. non recip.* etiam cum existimationis jactura. *L. eos 6 §. ne temere & L. 19 C. de. appellat. & consultat.* quæ pænæ, utpote nimis rigorosa per contrariam observantiam postea antiquata est. Jure Canonum temerarius appellans tantum in expensas condemnatur *cap. 50. sub fin. X. de appellat. cap. cum appellat. 5. eodem in 6.* De jure Saxónico præter expensas 30. solidos parti adversæ, mulctam verò arbitrariam judici injuste appellantes pendere annotat *We-*

E

*sembec.*



*sembec. Pamit. D. de appellat. n. n. per Landt Recht lib. 2. art. 12.*  
 verl. der aber das Urtheil. Weichbildt *art. 74. in pr. Lehen Recht*  
*cap. 70.* Hanc tamen pœnam hodiè in foro Saxonico per con-  
 trariam consuetudinem sublatam esse, ita ut temerè appel-  
 lans duntaxat in expensas condemnetur, nec ulla alia pœna  
 coerceatur rectè tradit nobilissimus *Carpzovius jurispr. forens.*  
*Part. 1. Constit. 20 Definit. 29.* Eadem pœna & in Camera Impe-  
 riali recepta *testante Ordinat. Camera part. 2. tit. 28. §. 3.* darzu  
 verlic. alsdann die Appellanten nicht allein in die Expens con-  
 demniren &c. Alias pœna pecuniaria in Camera Imperiali  
 temerè appellantium fuit decem Marcarum argenti, ut innuit  
*Judicum & Assessorem Imper. Camer. memoriale de Anno 74. §.*  
*ult. quæ pœna postea in Recess. Deputat. Spirens. sub Anno 1600.*  
 §. vnd ob wol 20. ad decem auri Marcas extensa est. in nuper-  
 rimis Imperii Comitibus ab Imperatoria Majestate, uti prote-  
 ctore Ecclesiæ, ac legum *Recess. de Anno 1530. §.* nach dem *Recess.*  
*Imperii de Anno 1518. in princ.* nec non statibus Imperii pœna  
 20. Marcarum auri temere appellantibus saluberrimè sol-  
 venda constituta est. Uti testatur Recessus Imperii de hoc  
 Anno 1654. Vnd nach dem allen neundtens verl: im Reich die  
 libido litigandi dermassen biß anhero zugenommen/das bey de-  
 nen Vuterrichteren fast keine Urtheil gefelt / von welcher nicht  
 appelliret würde/ so sol auch dargegen vnd wieder solche temerè  
 appellirende. Theile die angesetzte Straffe erhöhet vnd nach er-  
 messigung des Richters solche Partheyen zwen / drey / biß auff  
 zwanzig Marck Goldes nach beschaffenheit des Fals vnd Umb-  
 standt dero Sachen / oder auch wol gar am Leib gestrafft / &c.  
 Atq; hæc ea sunt, quæ pro temporis ratione de nobilissimâ  
 juxtâ ac gravissimâ istâ materiâ appellationum meditari, pu-  
 blicæq; luci sistere animus fuit, mihi jam ne ulterius ex-  
 crescat præsens Disputatio hic subsistendum, tri-  
 buendaque.

SOLI DEO GLORIA.



# COROLLARIA.

## I.

**L**egem Regiam tempore Augusti latam fuisse Anno V. C. 729. statuimus. Vide *Dionem lib. 52. Arniseum lib. 2. de Republ. cap. 6. sect. 4. Carpzov. ad Leg. Reg. capit. 1. sect. 8. Valentin. Forster. in Hist. jur. civili Roman lib. 1. Henr. Hahn. ad Wensenebec. D. de const. princip. n. 1.* Quapropter contra fidem historicam Vespasiani temporibus ejus originem tribuit *Zaf: in lib. 1. de Constitut. princip.*

## II.

Originem Feudorum Longobardis adscribendam esse censemus per communem doctrinam *Ifernæ, Wesenbecii, Vultei, Rosenthalii, Bodini Otthonis Frising: Caroli Sigonii & aliorum allegutorum à Petro Heigio in miscellan: quest: part. 1. à n. 33. ad 39. Vide Sebastianum Nevium Syst: juris ad §. Et quia cap. de his qui feud. dar. & c. ut & parentem meum charissimum Lectio: Feudal. cap. 1. in fin.*

## III.

Venationem jure licito à principibus occupatam, & subditis interdictam fuisse affirmamus. *Vide Hurppr. in §. fera n. 98. Inst. de rer. divis. & acquir. ipsar. dominio. Wesenbec: in Paratitl: D. de acquir. rer. domin. n. 7. text. in c. 1. §. si quis rusticus §. v. nemo retia de pac. tenen: in Vfib. feud:*

## IV.

Effusionem sanguinis ex cadavere occisi præsentem incurfato, uti indicium periculosum & superstitiosum, non concurrentibus aliis indiciis rejicimus. *Vide Levin. Lemn. de occult. natur. mir. c. 7. Jeremiam Setzerum de Juramentis lib. 3. c. 11. Gomez. 3. variar. resolut. 13. n. 15. Matth. Stephan. in Const. Caroli V. art. 33. parentem meum dilectissimum in tract. de indiciis delictor. part. 2. cap. 28. Althusium in diceolog. lib. 3. cap. 39. & novissime Carpzov. in Crim. part. 3. quest. 122. à n. 29. usq; ad n. 34. ubi ita judicatum fuisse refert.*

Docto-



**D**octorum, Crusi, jam nunc assuesce palestræ,  
Militiæq; novæ fer patienter onus.  
Pallas enim tibi diva animum, viresq; secundas  
Sufficit, ipse æther militat atq; tibi.  
Præclaris ausis insistas fortiter, olim  
Sudorem magnus namq; sequetur honos.

*Ita gratul.*

AUGUSTINUS STRAUCHIUS, D.

**P**restans ingenium, pectus & igneum,  
Pulchræ laudis amor quod sacer ustulat,  
Udam spernit humum, & tentat iter viâ  
Negatâ populo, qui pedibus terit  
Ignavis lubricas pigritiæ vias.  
Sedes, id reputat, tangat ut igneas,  
Quas doctorum animæ perpetuo incolunt,  
Quorum fama vehet nomina, Cynthia  
Dum bigis niveis curret in aethere.  
Tu pleno properas aurea ad atria  
Cursu justitiæ nobilis, ô Crusi,  
Non sudor, labor haud Herculeus potest  
Mentem frangere, quæ propositi tenax  
Excelsi manet, hinc quid tibi comprecere?  
Impellant animæ linthea turgida  
Felices, subeas salvus ut equoris  
Portum Pierii, Pieridum choro  
Acceptus, Nemese & justitiæ Deæ.

Ita Præstantissimo Dn. Respondenti,  
Affini & Commensali suo longè-  
charissimo gratulari voluit

Johannes Andreas Quenstedt,  
SS. Theol: Doct: & Prof. Publ:  
Extraord: Fac: Phil: Adj: